uastauere babilonii atque caldei · et rursum babylonios et caldaeos.
medi et persaeque ceperunt et babilon destructa est ? Tunc sion coepit
habere dominum requirentem · et obducta est cicatrix uulneri illius.
et sanata est a plagis suis · quod plenius atque perfectius conpletur
in Christo ; haec dicit dominus · ecce ego conuertam conuersionem taber
naculorum iacob · et tectis siue captiuitati eorum miserebor · et edifi
cabitur ciuitas in excelso suo · et templum iuxta ordinem suum fun
dabitur ? et egredietur de eis laus uoxque ludentium · et multiplicabo
eos et non minuentur ? quodque sequitur et glorificabo eos · in LXX · non ha
betur ? et erunt inquit filii eius sicut a principio · et coetus
eius coram me permanebit , et uisitabo aduersum omnes qui tribulant
eum · et erit dux eius ex eo · et princeps de medio eius producetur ·
et applicabo eum et accedet ad me ; quis enim iste est qui applicet
cor suum · ut appropinquet mihi ait dominus ? Rursumque quod in hebrai
co non habetur ? et eritis mihi ait in populum · et ego ero uobis in deum ·
quorum typus praecessit in zorobabel et ezra · quando reuersus
est populus et coepta edificari ciuitas in excelso suo ; Templumque
obseruari legio · et cetera que ipsius ezrae uolumine continen
tur ? plenius autem atque perfectius in domino saluatore · apostolis
que completum est · quando edificata est ciuitas in excelso suo ·
de qua scriptum est ? non potest abscondi ciuitas que in monte sita est ?
et templum iuxta ordinem suum ceremoniasque fundatum ·
ut quicquid in priori populo fiebat carnaliter · in ecclesia spiri
taliter conpleretur ; Tunc egressa est laus siue gratiarum actio ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0305